

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &  
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &  
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel**

**Norimbergae, 1699**

45. Savlvs rex

**urn:nbn:de:bsz:31-105410**

gem Amalechiticum, cui Saulus pe-  
percerat, interficit fortissime. A  
populo exauctoratus, non tumultuatur; a Saulo contemptus, non irascitur: a primatibus propter filios malos reprehensus, suorum delicta non tuetur. Cæde Sacerdotum, & Davidis exilio, magnopere doluit, & vivere privatus maluit, quam asferri Regi hypocritæ. A nullo unquam homine ullius cupiditatis aut injuriæ convictus est. In gravi persecutione Ecclesiæ placide obiit, omnium piorum desiderio, anno imperii sui quadragesimo, ætatis septuagesimo. Ab hoc Petrus Apostolus Prophetarum ducit initium.

45. *SAVLVS Rex.*

Saulus Cissi filius, e tribu Benjamitica, & viribus & dignitate corporis homo eminentissimus, e cli-  
tellarario in Regem evehitur: regnum  
humi-

humilis & integer accipit, sed vir bonus non manet ultra biennium. Objurgatus verbo Dei, quod misericordia potior sit sacrificio, & cognitio Dei holocaustis, animum non attendit: tum male faciendo, se ipsum defendit pertinacissime, magis suæ laudis, quam gloriæ Dei appetens: cum tamen nihil minus haberi vellet, quam hostis Dei aut religionis. In præliis satis felix, sed uti eis ad gloriam Dei, etiam admonitus, noluit. Propter hypocrisim rejicitur a Deo: & agitatus a spiritu malo duram exercet tyrannidem: non curat Samuelem: armis Davidem, odio Jonathanem prosequitur, sacerdotum atrox adversarius, occisor infantum. Familias pias damnat exilio, satellite peregrino & barbaro se cingit, suo ipsius populo iniquus. Usus hominum malorum & proditorum consiliis, in exitium  
conji-

conji  
Samue  
tuum p  
vocare  
de eqv  
stibus c  
lum pr  
fert. I  
te trun  
vor. C  
fert in  
hi filii  
unus c  
tribuli  
qvinq  
Ita cur  
ve cen  
tur ac  
quadra

46.

Jon  
magn

conjicitur; quemque non audierat  
Samuelem viventem, eundem mor-  
tuum per pythoniſſam e tumulo e-  
vocare ſtudet. Viſtus a Philiftinis,  
de eqvo lapſus vulneratur, neve ho-  
ſtibus de ſe triumphum & ſpectacu-  
lum præberet, ipſe ſibi manum in-  
fert. Inventus inter cadavera capi-  
te truncatur, & de muro ſuspendi-  
tur. Oſſa ejus collecta, David in-  
fert in monumentum patrium. Sau-  
li filii tres occiduntur a Philiftinis:  
unus dormiens, interficitur a ſuis  
tribulibus: duo alii, & nepotes ejus  
quinque ſtrangulantur a Gabaonitis.  
Ita cum familia ſua omni, intra bre-  
ve tempus Rex potentiffimus dele-  
tur atque interit. Regnavit annos  
quadraginta.

#### 46. JONATHAS.

Jonathas Sauli filius, pietate &  
magnanimitate juvenis inſignis.  
Præ-